

4. ¶ Si tamen illa Prouincia, in qua mori  
 conigerit Commissarius Generalis, careat  
 Ministro Prouinciali, Commissarius illius  
 Prouinciæ exercebit Officiū prædicti Cō-  
 missarij Generalis.
5. ¶ Circa prædicta statuta, primo aduertē-  
 dū est, q̄ Commissarij Generales Nouæ His-  
 pania, & del Peru, Ministri Generalis omni-  
 modam habent auctoritatem, & plenitudinē  
 potestatis, in vtroq; foro, vt ex eorum paten-  
 tibus est manifestum. Atq; ita poterunt Reli-  
 giosos ad Infidelium terras mittere sicut pro-  
 ximis his diebus Reuerendissimus Pater no-  
 ster Frater Petrus de Pala huius Nouæ His-  
 panie Commissarius Generalis ad instāciam  
 Illustrissimi, & prudentissimi Comitis de  
 Monte Rey, ad Californias, & ad Nouū  
 Mexicum huius Prouinciæ Sancti Euange-  
 lii, alumnos destinauit. Huius Patris Com-  
 missarij iussu, & obedientia nē dicam vrgen-  
 tissimis præcibus & assiduis postulationib;   
 effectum est, vt hunc meum laborem, & lo-  
 cupletarem, & adaugerem: qua propter cui-  
 nostre Vigilię, & continuus labor gratus ex-  
 titerit, Deo optimo qui dedit velle, & perficere:  
 & tanto patri quia animum impulit,  
 gratias